minis habet actus specie distinctos quia assensus ⁊ dissensus contrariantur in esse nature. Scire etiam ⁊ opinari distinguntur. Si ergo potentie distingãt p act⁹ seq̃t q nõ erit vn⁹ intellect⁹ nec erit vn⁹ visus quo videmus album ⁊ nigrum quia ibi sunt diuersa obiecta. Aliasnon essẽ diuersi actus

Forte dicis qõ ibi est idem obiectum formale ⁊ ideo est vna potentia. Contra ex hoc sequitur q etiam est vnus actus: quia actus distinguuntur per obiectum formale. Item differentia per se eius ad quod per se respicit potentia diuersificat potentiam. Sed color per se diuiditur in albedinem ⁊ nigredinem ergo erit alia potentia visiua respectu istorum. Forte dicis q si aliqua potentia secundum propriam rationẽ ordinetur ad aliquod obiectum secũdum cõmunem rationem obiecti tunc non diuersificabitur illa potẽtia secundum diuersitatem particularium differentiarum. Contra tunc nullus sciret probare quod sensus exteriores distinguuntur per obiecta quia ordinantur secundum communem rationem ad qualitatem sensibilem.

¶ Quinto non sequitur ista sunt eiusdem speciei ergo habet eundem actum. probatur quia pes hominis ⁊ homo sunt eiusdem speciei essentialis vt patz per materiam ⁊ formam eius. Et tñ hõ põt redire ⁊ non pes eius. Item potentie distinguuntur seipsis ⁊ suis differentijs eẽntialibus. Potentia enim est quoddam q per differẽtias eẽntiales diuiditur i diuersas spes sicut alia gña. Et ita aĩ de actione.

¶ Sexto. per eandem visionem videtur color ⁊ magnitudo quia non sunt due visiones. Item tenendo quod plures actus non possunt eẽ simul i eadem potentia tunc videndo in libro p eamdẽ visionẽ video nigredinem atramenti ⁊ albedinem papiri ista autẽ sunt diuersa obiecta.

¶ Septimo dato q nullus esset actus in potentijs adhuc potentie distinguerentur ergo per accidens est potentia distingui per actus. Forte dicis qõ semper in potentijs est aliqua opatio vitalis qz sẽper nutrimur. Sz istud est falsum qz in instanti non augemur nec diminuimur. Itẽ materia per eandẽ potentiam ẽ in potentia ad diuersas formas. Vt dictum est in primo phi. Et tamen diuerse forme sunt diuersi actus. Forte dicis q potentia materie fertur i omnes formas secundum communem rationem forme Sed hoc nichil est quia materia non cognoscit ergo non fertur in formam sub cõmuni ratione igiĩ ꝛc.

¶ Octauo Si potentie distinguntur per diuersos actus vel ergo distinguntur per actus diuersos genere vel specie. Si primum tunc visus ⁊ auditus non distinguntur quia obiecta sunt in eodem genere. Nec secundum quia eadem est potentia contrariorum. Similiter arguitur q habitus non distinguntur per actus quia idem habitus elicit actus specie distincto quia circa omnes phisicales est vnus habitus ⁊ tamen sunt diuersi actus quia vnus potest esse sine alio. Et eadem conclusito consideratur in diuersis sciẽtijs ergo diuersi habitus habent idem obiectum. Forte dicis q phisica non ẽ vn⁹ habit⁹. Cõtra oppositoꝝ est eadem disciplina ergo diuersarum cõclusionum est idẽ habitus.

¶ Nono intellectus ⁊ visus possunt circa idẽ obiectum formale ⁊ tamen distinguntur. Primum p3 qz possum intelligere colorem sub ratione coloris alias nullus formaret conceptum coloris. Forte dicis qõ intelligo semper colorem sub ratione entis video autem ipm sub rõe coloris. Contra sequeretur qõ ens esset subiectum in qualibet scientia quia nichil intelligitur necꝫ scitur nisi sub ratione entis ⁊ visus semper est singularium ergo non videmus albedinez sub rõe cõmuni coloris qz ista communitas siue vniuersalitas solum fit per intellectum modo perueniendo intellectum videmus albedinem.

¶ Decimo aĩ qõ actus non sunt principia cognoscendi potentias quia eadẽ sunt principia essendi ⁊ cognoscendi sz actus non est principium essendi ipsius potentie alias dormiens non. haberet potentias quia remota causa remouetur effectus. Sed dicis q a posteriori cognoscimus potentiam per actuz qui est effectus eius ⁊ pfectio eius q̃ presupponit ium pfectibile vñ hic proceditur a notioribus nobis. Contra actus diffinit potentiaz ergo est prior ea vt dicit. s. t. i. par. q. 85. ar. 3. ad 1. saltẽ via perfectionis ⁊ non generationis falsum est etiam distinctionem i istam noneſſe a priori secundum san. tho. i. parte. q. 77. ar. 3.

¶ Ad primum dicitur q obiecta secundum rationẽ distincta sunt causa finalis potentiarum ⁊ ideo distiñgunt potentias. Sed contra tunc in deo intellectus ⁊ voluntas distinguerentur realiter quia obiecta scilicet ens ⁊ bonum distingũtur ratione sed hoc non est simile quia non est ibi differentia intrinseca sumpta per respectuz ad diuersa obiecta. Ad aliud dicitur quod sem per remanet proportio potentie ad actum ⁊ hoc sufficit obiectum etiam manet in intentione. de visu autem dicitur q prima ratio est color ꝑ mutate adequationis vnde quando videmus aliquid a longe videmus colorem nescientes speciem eius.

¶ Ad secundum dubium est an visus qui est in homine ⁊ in aliis animalibus sit eiusdem speciei.

Quidam tenent qõ non quia oculꝰ hominis ⁊ equi specie differunt propter aliam formam essentialem illa etiam est radix potentiarum. Sed causa specie distincte producunt potentias specie distinctas aliꝫ distinguunt dicentes quod distinguũtur specie non secundum proprium modum distinctionis sensuum sz ratione obiecti alias essent plus q̃. 5. sensus exteriores. Sed aliomodo sz i esse nature sicut quantitas celi ⁊ corruptibilium est eiusdem generis in esse nature non autem phisice quia corruptibile et incorruptibile genere differunt. Sed de hijs postea nec inconuenit idem specie esse in differentibus specie vt patet de albedine ⁊ lumine intellectuali in diuersis angelis p S. T. de veri. q. 9. ar. 1. ad. 17. ⁊ de gratia q. de malo ar. 7. ad. 12. sanitas tamen hominis ⁊ eq̃ differunt specie. 12. q. 63. ar. 4.

¶ Ad tertium dicitur qõ intellectus agens ⁊ passibilis distiguitur ex hoc qõ diuersimode se habẽt ad suum obiectum sz actiue ⁊ passiue. Ad aliud dicit q intellectus intelligit res ⁊ prima ratio intelligendi primus conceptus est conceptus entis. Postea autem potest formare conceptus particularis vel aliter ad 3. obiectum intellect⁹ agentz est intelligibile i potẽtia sed obiectum possibilis est intelligibile i actu san. t. de ve. que. 15. ar. 2.

¶ Ad quartum patuit articulo precedente. Soli enim ille rationes diuersificant potentias ad quas potentie primo ⁊ per se respiciunt ⁊ ideo est eadem